

# L. MARIUS MAXIMUS PERPETUUS AURELIANUS

Zu PIR<sup>2</sup>, pars V, fasciculus 2

KLAUS-PETER JOHNE

Akademie der Wissenschaften der DDR, Berlin

*Tituli: urbani VI 1450 = D. 2935 cursum honorum exhibens usque ad legationem Syriacam (1). 1451 (2). 1452 cf. 31658 = D. 2936 (3). mutilus 1453 (4). suppletus 30960 = D. 3621 (5). 32 542 (6). Troesmitanus III 7497 (7); Tomitanus suppletus 7562 (8); Aquincenses 10476 = D. 2356 (9). III 10481 (10); Naissensis 14565 (11), Canusinus IX 338 = D. 6121 (12), Veliternus supplex X 6567 (13); Ardeatinus 6764 (14), Altaiensis XIII 6265 = D. 7075 (15); Canstadii repertus XIII 6442 (16); Mogontiacensis 6738 = D. 3156 (17); limitis Germanici XIII 7612 (18); Divitensis suppletus 8497 (19); prope Cliviam repertus 8607 = D. 2350 (20); in monasterio quod dicitur Egmonda repertus mutilus XIII 8829 = Ritterling Fasti 78 (21), Thyatirenus O. G. I. 2,517 = IGR 4,1287 (22), Ephesius Forsch. Ephes. 3, 118 n. 30 (23), Lanuvinus Ann. ép. 1955, 188 (24), Sirmiensis Ann. ép. 1968, 439 (25), Aquincensis Budapest Régiségei 23 (1973) 150 sq., 157 sq. (26). Partes cursus exibent t. 2.3.4.13. 14.23.24.*

*Papyri: P. Ryl. 4,610 = CPL 178 (1), Dura — Europos 56 A—C Excavations at Dura Europos, Final Report 5, part 1 (1959) 217—220 = CPL 330 (2); 60 B—C ibid. 222 — 225 = Ann. ép. 1933, 107 = CPL 327 (3).*

*Nomen plenum dant t. 1 — 3.14.23, suppletum t. 21, Perpetuus omittit ut videtur t. 13, Perpetuus omittit t. 24, L. Marius Maximus t. 5.12, Marius Maximus t. 4.6.22, pap. 1—3, Dio 78,14,3, Florentinus geponica 9,14,1, historia Augusta passim, Ammianus Marcellinus, scholia in Juvenalem vetustiora, Maximus t. 7—11.15—20.25.26, Dio, vita Clod. Alb. 9,5, fasti, Marius vita Avid. Cass. 9,9, sed ubi praecedit Marius Maximus.*

*L. filius t. 1.13.24, tribu Quirina t. 1.24, vir clarissimus t. 2.3.14.24.*

*Filius sine dubio L. Marii Perpetui procuratoris Augusti infra..., nepos L. Marii Perpetui scribae quaestorii ILA 592, frater L. Marii Perpetui consulis infra..., pater L. Marii Maximi consulis qui praecedit. Familia ex Africa originem verisimile traxit Birley Septimius Severus 310, Syme Emperors 141.*

*Natus est sub finem regni Pii vel Marci regno ineunte. Quattuovir viarum curandarum sub Marco, tribunus laticlavius legionis XXII Primigeniae Mo-*

gontiaci *tendentis*, item III Italicae *Castrae Regiae* *tendentis*, quaestor urbanus *sub Commodo*, tribunus plebis candidatus, adlectus inter praetorios, curator viae Latinae, curator reipublicae Faventinorum, legatus legionis I Italicae *Novis* *tendentis* *sub Septimio Severo*, dux exercitus Mysiaci (= Moesiaci) apud Byzantium et apud Lugdunum t. 1. Legio I Italica pars fuit exercitus provinciae Moesiae; dum eius legionis legatus est, vexillationibus legionum Moesiae a Septimio Severo praepositus esse videtur. Certe praefuit exercitui Moesiaco in obsidione Byzantii annis 193—196, cum Byzantium a Nigranis teneretur, et in proelio Lugdunensi, cum Severus non longe ab illa urbe cum Clodio Albino supra C 1186 confligeret mense Februario anni 197. Legatus Augustorum (duorum) pro praetore provinciae Belgicae annis 197—199 ut videtur, consul (suffectus) anno 198 vel 199 t. 1, legatus Augustorum (duorum) pro praetore provinciae Germaniae inferioris *inter annos 199 et 204* t. 1.21, praeses nominatur t. 2, legatus Augustorum (duorum) pro praetore provinciae Syriae Coelae anno 208 t. 1, *pap.* 3, mensibus Martio, Iunio, Augusto anni 208 *pap.* 2. Legatus Syriae Coelae scripsit Ulpio Valentino tribuno cohortis *pap.* 2 et Minicio Martiali procuratori Augustorum *infra... pap.* 3. Fortasse ad eum pertinet t. Syriacus mutilus anni 209, ubi nomen legati Aureliani suppletus est *IGR* 3,1149.

Proconsul provinciae Africae *circa annum 213—214* t. 3.13.14.23.24, proconsul provinciae Asiae t. 13.22—24, proconsul provinciae Asiae iterum t. 3.14, intellege per duos annos, quorum prior 214—215 esse videtur Caracalla in Asia versato t. 22. Anno 217 in locum M. Oclatinii Adventi a Macrino praefectus urbi factus est *Dio* 78,14,3. Ad eum litteras scripsit imperator Macrinus de sumptibus in milites faciendis querens *ibid.* 78,36,1—37,3; 79,2,1. Praefectus urbi sub Macrino 217—218 fortasse usque annum 219 t. 3.4.13.14.23.24. Marium praefectura urbi functum proconsulem Asiae *inter annos 218/219 et 220/221* atque proconsulem Africae *inter annos 220 et 222* fuisse suspicatus est Tho-masson 114—116, vix recte cf. E. Birley, *JRS* 52 (1962) 224, Syme *Emperors* 137, Pflaum *BHAC* 1970 (1972) 228 sq.

Consul iterum t. 5.6.12—14.20.24, ordinarius cum L. Roscio Paculo Papirio Aeliano anno 223 t. 5—12, 15—20.25.26, *pap.* 1, *fasti*. Sacerdos fetialis t. 1.13.14.24, patronus Veltinorum t. 13, patronus et curator coloniae Ardeatinorum t. 14. Honoratur a M. Iulio Artemidoro legionis III Cyrenaicae t. 1, ex testamento A. Pompei Alexandri primipili qui sub eo militaverat ab A. Pompeo Sacerdote filio et herede t. 2, patronus optimus a M. Iulio Ceriale Materno ex civitate Foroiuliensium t. 3, a senatu et populo Ephesiorum t. 23, a Mario Lysimacho t. 24. Romae videtur habitavisse in monte Caelio testibus titulis 1.2.4 qui ibi reperti sunt.

Versus scripsit in Commodum, de quibus in opere suo gloriabatur *vita Comm.* 13,2, cf. Birley *Septimius Severus* 309 sq. Exemplo Suetonii Marius Maximus scripsit vitas imperatorum *a Nerva* ut videtur, cf. *schol.* in *Iuvenal.* 4,53, usque ad Elagabalum *vita Heliog.* 11,6, e quibus *historia Augusta* saepe hausit. Memorantur in vitiis principum vita Traiani vita Alex. *Sev.* 48,6, cf. 65,4 sq., vita Hadriani vita Alex. *Sev.* 30,6, cf. vita Hadr. 2,10; 12,4; 20,3; 25,4; vita Aelii 3,9; 5,5, vitae Marci duo libri vita Avid. *Cass.* 6,6—7; 9,5, cf. vita Marci 1,6; 25,10; vita Avid. *Cass.* 9,9, vita Severi vita *Getae* 2,1; vita Alex. *Sev.* 5,4, cf. vita Severi 15,6; vita Clod. Alb. 3,4; 9,2; 12,14, vita Heliogabali vita

*Heliog. 11,6; de eius vitis Pii cf. vita Pii 11,3, Commodi cf. vita Comm. 13,2; 15,4; 18,2, Pertinacis cf. vita Pert. 2,8; 15,8. Fragmenta composuit Peter HRF 332—339. Homo omnium verbosissimus, qui et mythistoricis se voluminibus implicavit vita quadr. tyran. 1,2. Scripta Marii Maximi saepe lecta esse temporibus Ammiani sub finem quarti saeculi testis est Amm. Marcell. 28,4,14 cf. schol. in Iuvenal. 4,53.*

*De eo scriptore et senatore cf. Birley Septimius Severus 308—326, Syme Emperors 113—143, Pflaum BHAC 1970 (1972) 226—229.*

## ABKÜRZUNGEN VON SEKUNDÄRLITERATUR

Birley Septimius Severus: A. Birley, *Septimius Severus, the African Emperor*, London 1971.

BHAC: *Bonner Historia-Augusta-Colloquium*, Antiquitas, Reihe 4: Beiträge zur Historia-Augusta-Forschung.

Ritterling Fasti: E. Ritterling, *Fasti des römischen Deutschland unter dem Prinzipat*, Wien 1932, Beiträge zur Verwaltungs- und Heeresgeschichte von Gallien und Germanien, Band 2.

Syme Emperors: R. Syme, *Emperors and Biography. Studies in the Historia Augusta*, Oxford 1971.

Thomasson: B. E. Thomasson, *Die Statthalter der römischen Provinzen Nordafrikas von Augustus bis Diocletianus*, Lund 1960.